

colori, ib. l. 18. circuli, pro, circulorum, p. 42. meram mutationem committens, pro, admissa duntaxat mutatione, p. 48. l. 5. Joh. Wallis methodum agnoscens ac nomen, pro, Joh. Wallis, methodum agnoscens, eaque utentem, p. 49. l. 14. excusum, pro, excusam, p. 52. l. 15. theorematis 3, pro, theorematata tria exhibet, ostendens proportionem, &c.

Sed, inquam, ne his & Sexcentis aliis (modestè loquor) solæcismis & barbarismis immorer, pergo notare paucissima ex innumeris, quæ sensum ipsum vel perturbant vel omnino convellunt; idque duntaxat in *Num.* primo hujus Versionis; qualia sunt: Pag. 5. l. 23. omne, gummi applicato pruni, in acetō dissoluto; sensus est, malum omne, prunorum applicato gummi, eq; in acetō dissoluto, sanatum fuit, p. 10. l. 10. magis, pro, distinctus, p. 11. l. 14, 15. aquinoctium, pro, Solstitium, ib. l. 19. in punctis ligni circuli, sensus est, in punctatis trunci circulis p. 12. l. 26 post voc. involueri, omissa sunt verba, usque ad ipfissimum lignum solidum, p. 13. l. 4. post voc. cortice, omisum, circumcirca, p. 14. l. 8. tifco, pro, tilia, ib. l. 25. ascendentem, pro, descendenter, ead. lin. vel carmen pulpanve, pro, pulpan vel tegmen, p. 15. l. 21. scindendo exiguum vimen recens natum, medulla in aliquib. ramulis, & per hoc aliis ejusdem magnitudinis; sensus est, in nuce obseruatio institui potest, tenellos quoſdam ramulos ad ipsam usque medullam secando, nonnullos verò alios, ejusdem magnitudinis per medullam ipsam transadigendo, ib. l. ult. alius quantitati, pro, alterius, p. 17. l. 1. & 9. fraxinus, pro, populus albi: Anglicum Ash & Aspg idem sonabant nostro Traductori, p. 22. l. 3. accepit adjectivum theebing pro nomine proprio, quod reddendum erat, predatrix. p. 29. l. 16, 17. lege, à se & altero illo mathematico coram dicta Soc. factis confirmaverit; sensus alioqui non apparet, p. 36. l. 5. eadem Eclipse, pro, ejusmodi. p. 37. l. 21. Letwardum, pro, Sethum Wardum, p. 39. l. 22. libris, pro, infantibus. p. 49. l. 26. aliquā, pro, quavis, p. 50. l. 13. cuius altit. est peripheria, vel à centro ejus gravitate descripta; sensus est, Cuius altit. est peripheria à gravitatis ipsius centro descripta, p. 51. l. 14. prominentiam, pro, ungulam, ib. l. 17. spiram, pro, fusum, ib. l. 18. axem, pro, basin, ib. l. 19. esse sicut basin est ad  $\frac{1}{2}$  axis, pro, sicut basis parabolæ est ad  $\frac{1}{2}$  axis, ib. l. 20. parabolam equalē habere proportionem circulo circa suam basin ut diametro, descripto, ac parabolæ ejusdem circuli axis circumferentie habet, cuius rad. equalis est centro gravitatis ab axe semi-parabola: Quis mortalium ex his verbis sensum excusperet, qui in Anglico huc redit; Prop. 29 tradit author, parabolam, eam habere proportionem ad circulum descriptum circa basin seu diametrum, quam habet axis parabolæ ad circumferentiam circuli, cuius radius equalis est distantia e centri gravitatis semi-parabolæ ab axe. p. 52. l. 12. eminentias, pro, ungulis, ib. l. 17. inquirendo, pro, requirendo.

Piget omnino, plura conjectari; finem quippe vix invenirem: Ea enim, quæ dispunxi, menda & vitia nonnisi pauca sunt ex permultis solius *Numeri* 1. Devorare hoc teedium cogebat, ut constaret Lectori, quid de Versione tota esset expectandū. Si ipse forsitan interpres stricturas hafce in malam partem accipiat, memorem eum esse velim dicti: *Quicquid cogit, excusat.*

Inspecto dehinc N. 45, ubi describitur instrumentum Opticum Dn. Wrenni, nec non Observatio Saturni facta à D. Hugenio & D. Picardo, versionem utriusque argumenti perridiculam deprehendi, &c.

**E R R A T A** in this number. P. 2248. l. 5. r. said for said. ib. l. 29. r. the Fraction  $\frac{4}{7}$  twice. p. 2249. l. 2. r. 204.  $\frac{4}{7}$  which. p. 2250. l. 7. r. three for four.  $\frac{1}{4}$  p. 2260. l. 5. del. the.  $\frac{1}{4}$

London, Printed for J. Martyn, Printer to the Royal Society, 1671.